Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

chilo. atque extempore formam et sapientiam
et uirtutem dei producunt. Quod et mi-
rum est ut de spiritu sancto diuersa sentiant
qui in filio largitore est tam teme-
rarii sunt auctores. Ieron. Considerat autem
hic ordo precipuus. Iussit apostolis ut primum
docerent uniuersas gentes. deinde fidei tingerent
sacramento. et post fidem ac baptisma que essent ob-
seruanda preciperent. Unde sequitur. Docentes
eos seruare omnia quecumque mandaui uobis.
Raban. Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est,
ita et fides sine operibus mortua est. Crisost.

Iomel.

Quia uero eis magna iniunxerat. erigens eorum
sensus dicit. Et ecce ego uobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem seculi. Quasi dicat. ne di-
catis difficile est iniunctum negotium. ego
sum uobiscum qui omnia facio leuia. Non autem cum
illis solum dixit se futurum esse. sed et cum omnibus qui
post illos credunt. Non enim usque ad consummatio-
nem seculi apostoli mansuri erant. Sed sicut uni
corpori fidelibus loquitur. Raban. Ex hoc autem intelligitur
quod usque ad finem seculi non sunt defuturi in mun-
do qui diuina mansione et inhabitatione sint
digni. Crisost. Rememorat autem eis ad consum-
mationem. ut eos magis attrahat. et ne presen-
tia solum inspiciant. sed et futura bona et
sine fine mansura. Quasi dicat. tristicia que su-
stinebitis. simul cum presenti uita dissolue-
tur. cum et totum seculum in consummationem de-
ueniat. Bona autem quibus potiemini. sunt in eter-

Iomel.

num mansura. Beda. Queritur autem quare hic di-
cat. Ecce ego uobiscum sum. cum alibi di-
xisse legatur. Vado ad eum qui misit me.
Sed alia sunt que humanitati ascribuntur. a-
lia que diuinitati. Ibit ad patrem per humanita-
tem. manet autem cum discipulis in forma qua est
patri equalis. Quod autem dicit usque ad consummationem
seculi. finitum pro infinito ponitur. Nam qui in
presenti seculo manet cum electis eos protegen-
do. ipse post finem cum eis manebit eos
remunerando. Ieron. Qui ergo usque ad consum-
mationem seculi cum discipulis se esse promittit.
et illos ostendit semper esse uicturos. et se numquam
a credentibus recessurum. Leo papa. Qui enim

i sermone de pass.

ascendit in celos non deserit adoptatos.
et ipse deorsum confortat ad pacientiam. qui sur-
sum inuitat ad gloriam. et cetera. Cuius glorie partici-
pes nos faciat ipse Christus rex glorie qui est deus
benedictus in secula. Amen.